

matre regina, continuo ex oculis videntis clerici omnis illa virginalis recessit militia. Permansit tamen in cordis eius armario integra prædictorum verborum memoria, cum eadem, qua decantata fuerant, armonia. In se quippe reversus, primo quidem indigno sibi tantę visionis dignitatem revelatam stupet, deinde hilares gratiarum actiones deo sanctęque virgini offert, ac eisdem tam sonis quam verbis, quę audierat, conceptam animi iocunditatem adauget. Denique hora competenti surgunt ecclesię ministri, horum omnium [ign]ari^g. Pluribus templum exornatur lampadibus ...no^h adest clerus, festinus occurrit et populus ... sollempn[ita]s debitis agitur laudibus. Equidem ...lius gratiam communem habebant {et}ⁱ gaudium.

g) vor ari Loch im Pergament, von dem unteren Bogen des g ein Rest noch erkennbar.
 h) links unten von fol. 5^v ein Stück abgerissen. i) unsicher, ob Platz dafür in der Hs.